

hominis, sed divini Flaminis sunt verba, quæ Paulus ex Sancti
Spiritus afflato, tanquam arcanorum divinorum Cancellarius,
& scribendarum Epistolarum fidelis Secretarius, nobis annota-
vit. Sic autem l. d. scribit: Μνημόνευε Ἰν τὸν χρόνον, ἐγγυε-
ρέσθιον ἐκ νεκρῶν, ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον
με. Vulg. Memor esto, Dominum Iesum Christum resurrexisse
à mortuis, ex semine David secundum Evangelium meum. Luth.
Halt in Gedächtniß Jesum Christum/ der auferstanden
ist von den Todten aus den Samen Davids/ nach meinen
Evangelio.

2. Oraculum hoc Apostolicum non obscurè nobis Mnemoso-
phias Paschalem de Resurrectione Christi commendat, & accu-
ratum nobis ordinem in ipso verborum sōno manifestat. Nam
quoad Mnemosophias Paschalis formam, dicit Mnemosēne, memor
esto: quoad amplissimam μνημοσοφίας paschalīs Māteriam per-
git, Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine
David: quoad μνημοσοφίας paschalīs normam, disertis verbis
concludit, secundum Evangelium meum: qua ratione tum ar-
gumentum integrum hujus μνημοσοφίας paschalīs, totum artifi-
cium, quoad formam & materiam exponit, & insuper ipsum
fundamentum, vel principium, ipsum DEI verbum, suum Evan-
gelium, adjungit.

3. Nos verò nunc methodo Didascalica procedemus, &
potissimum Mnemosophias Paschalīs Causas expendemus, cum
primis quia pulcherrimus Causarum ordo nobis in hoc Oraculo
Canonico luculenter ostenditur. Nam supponitur, & impli-
cite subinnuitur. I. Efficiens Causa, in Imperativo μνημόνευε, vel
juxta Vulg. in Verbo Esto: siquidem hac ratione tum Causa Prin-
cipalis, vid. Summus Imperator, Spiritus S. seu verus DEUS,
tam causa Ministerialis, Paulus Apostolus, & omnis Ecclesiae
Minister, Paulinum hoc oraculum exponens, vel urgens, tum
causa instrumentalis verbum mandati, seu præcepti, non obscu-
rius insinuatur. II. Causa Formalis per verbum μνημόνευε, quo-
ad rem, explicite nobis declaratur. II. Causa Materialis verbis
sequentibus explicatur, Iesum Christum resurrexisse ex mortuis,
ex semine David, dum hæc μνημοσοφία, juxta præsens oracu-
lum